Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



GENE

medes herbas tre. Iusudore uul
tus tui uesteris panc tuo donec re
uertaris interram de qua sumpt
us es. et inpulueri reuerteris. Et
uocauit adam nomen uxoris suae
eua. eo quod esset mater cunctorum
uiuentium. fecit quoque dominus
deus ade. et uxori eius tunicas pelli
ceas. et induit eos et ait. Ecce ada
factus est quasi unus exnobis sci
ens bonum et malum. Nunc ergo
ne forte mittat manum suam et su
mat etiam de lignio uite. et comedat
et uiuat in eternum. Et emisit eum do
minus deus de paradiso uoluptatis u
operaretur terram de qua sumptus est
Eiecit que adam. et collocauit ante pa
disum uoluptatis cherubin et flam
meum gladium atque uersatilem ad
custodiendam uiam ligni uite.

IIII

Adam uero cognouit
euam uxorem suam. que con
cepit et peperit cayn dicens.
possedi hominem per deum. Rur
sumque peperit fratrem eius abel. Fuit
autem abel pastor ouium. et cayn agri
cola. Factum est autem post multos
dies. ut offerret cayn munera domino de
fructibus tre. Abel quoque obtulit de
primogenitis gregis sui. et de adipibus
eorum. Et respexit dominus ad abel. et ad
munera eius. Ad cayn uero et ad munera
eius non respexit. Iratus que est cayn
uehementer. et concidit uultus eius
Dixit que dominus ad eum. Quare iratus
es. et cur concidit facies tua. Nonne
si bene eseris recipies. sin autem male
egerit in foribus peccatum aderit
sed sub te erit appetitus eius. et tu
dominaberis illius. Dixit que cayn
ad abel fratrem suum. Egrediamur foras
Cumque essent in agro. consurrexit
cayn adversus abel fratrem suum. et inter
fecit eum. Et ait dominus ad cayn.
ubi est abel frater tuus. Qui respon
dit. Nescio. Numquid custos fratris mei
sum ego. Dixit que dominus ad eum. Ad
fecisti. Ecce vox sanguinis fratris tui abel
clamat ad me de terra. Nunc igitur ma
ledictus eris super terram que aperuit os
suum et suscepit sanguinem fratris tui de
manu tua. Cum operatus fueris eam non
dabit fructus suos. Vagus et profugus
eris super terram omnibus diebus uite tue
Dixit que cayn ad dominum
Maior est iniquitas mea quam ut ueni
am merear. Ecce eiicis me hodie a fa
cie tre. et a facie tua abscondar. et ero
vagus et profugus in terra. Omnis igitur
qui inuenerit me occidet me. Dixit que
ei dominus. Nequaquam ita fiet. Sed omis
qui occiderit cayn. septuplum punietur
Posuit que dominus cayn signum ut non
eum interficeret omnis qui inuenisset eum
Egressus que cayn a facie domini habitauit
profugus in terra. ad orientalem plagam
eden. Cognouit autem cayn uxorem su
am que concepit et peperit enoch. Et e
dificauit ciuitatem. uocauit que nomen
eius ex nomine filii sui enoch. Porro
enoch genuit irad. et irad genuit ma
uiahel. et maniahel genuit mathusa
hel. et mathusahel genuit lamech. Hic
accepit duas uxores. nomine una ada.
et nomen alteri sella. Genuit que ada iabel
qui fuit pater habitantium in tentoriis
atque pastorum et nomen fratris eius iu
bal. ipse fuit pater canentium in cithara
et organo. Sella quoque genuit tu
balcayn qui fuit malleator et faber in